



**Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro
singulis Anni diebus**

Complectens Januarium, Februarium, Martium

Nepveu, François

Monachii, 1709

Dies 3. De cura falutis. Negotium salutis est nostrum negotium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60495)

pro singulis anni Diebus.

7

Deum time, & mandata ejus obserua; Januarius
hoc est enim omnis homo. Eccl. 12. v. 13.

Libera servitus apud Dominum, ubi non
necessitas, sed charitas servit: Aug.

D I E S III.

De Cura salutis nostræ.

Negotium salutis est nostrum negotium.

I.

Negotium salutis propriè negotium no-
strum est, quia totum ejus emolumen-
tum in nos redundat. In alijs negotijs raro
ille, qui laborat, fructum laboris refert; certè
raro maximum. Agricola seminat, & me-
tit; at sæpe non sibi. Parens aliquis labori
se impendit, ut divitias congerat, verùm
hoc facit, ut liberos suos diter, quos tamen
frequenter ingratos experitur. Judex ali-
quis sati scharo munus quoddam emit, hoc
est, necessitatem, se Reipublicæ faciendi
victimā, alienis nugis se torquendi. Quid &
hīscē lucratur? Vanum honorem. Qui se-
minat, inquit Servator, non est semper is,
qui metit. *Alius est, qui seminat, & alius, qui
metit. Jo. 4.*

II. Sed in salutis negotio is, qui laborat,
solus est, qui totum inde commodum perci-
pit: nemo cum eo partitur; Si seminas, in- *Gal. 6. v. 8.*

A 4

quit

3 Considerationes Christianæ

Januarius.

quit Apostolus , tunc etiam messem colli-
ges semini, quod jecisti , congruentem. *Si
seminas in spiritu : id est : si vitam agis piam ,*
*& Christiano dignam , de spiritu metes vitam
æternam Si oras , si jejunias , si pauperisti-
pem elargiris , si sensus tuos refrenas , si car-
nem tuam crucifigis , tota inde proveniens
utilitas tua erit ; & quidem utilitas magna ,*
*quæ usque ad centuplum in hac , & ad in-
finitum in altera vita se se extendet.*

III. *Si negotium salutis nostræ , nego-
tium nostrum est , si utilitas inde profecta ad
nos pertinet ; quî fit , ut eam tantopere negli-
gamus ? Qui sibi nequam , inquit sapiens , cui
bonus erit ? Nos adeò comodorum nostrorum
amantes & solliciti sumus , quî fit , ut in re
stanti momenti , qualis est salus nostra ,
ubi de omnibus , & de ipsa quoque æterni-
tate agitur , in tam stupidâ tranquillitate
vivamus ? Profectò , cùm nobis dicitur : Hoc
ad te pertinet , hoc tuum est negotium , quid
non molimur ? omnem adhibemus indu-
striam , omnem obicem frangimus . ánne
majoris momenti negotium nobis incum-
bit , nobis magis est proprium , quām salus
nostra ; quānam igitur ratione fieri dicam ,
ut nostri ipsorum amor , qui de rebus nihili ,
ubi eae ad nos spectant , tam sollicitos nos
reddit , tam inauditâ tranquillitate nos frui
finat*

Ecclesiast. 4. v. 5.

pro singulis anni diebus.

9

Sinat in illo negotio, è quo nostra pender *Januarius*,
æternitas? Languor iste tranquillitas non
est; sed sopor, immo Lethargus. An expe-
ctabimus, dum in morte evigilemus?

Probè percipiamus, omnia alia negotia curam
aliquam mereri posse, sed nullum esse præter nego-
tium salutis, quod solicitudinem nostram merear-
tur, atque in hoc unico amore nostri ipsorum ju-
stum esse, nec nimis ardenter esse posse.

Quæ enim seminaverit homo, hæc &
meret. Gal. 6. v. 8.

Nulli parcas, ut soli animæ parcas. Hieron.

DIES IV.

De Peccato mortali.

De odio, quo Deus illud prosequitur.

I.

NEmo peccatum committeret, si id per-
fectè cognosceret. Perfectè id cog-
noscere sufficit ad infinitum ejus odium ho-
mini ingenerandum. Verum, ut id per-
fectè cognoscatur, necessaria est perfecta
cognitio DEI. Majestas DEI unica est
mensura magnitudinis, & malitiæ peccati:
nam quemadmodum DEUS supremum bo-
num est, sic peccatum supremū malum est:
nec DEUS magis est amabilis, quam peccatum
est odiosum. Imò DEUS ita peccatum odit,
quan-